Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

per singlos angelos boni sunt angeli. sic opinor singulos angelos
dispensatores esse per prouincias. ubi sunt boni. sunt et mali. Admonicio uncta
Filii mei scitote et intelligite. et intelligite et credite. atque ex f
toto corde diligite omnipotentem deum qui fecit celum et terram. mare
et omnia que in eis sunt. ab inicio sua potestate. Qui solus est omnipotens su-
sceptor est penitencie. et saluator est contritorum. magister sapiencium.
qui est uita uiuencium. spes morientium. qui uult omnes homines saluos esse.
et ad agnitionem ueritatis uenire. Vos ergo deponite omnem concupiscen-
ciam malam. et auariciam. et nolite esse increduli sed fideles. ut habeatis
fiduciam fidei in christo ihesu in uitam eternam. et ut diabolus respuatur
in uobis. suscipite christum per baptismum et fidem et iusticiam. et serua-
tis deo uiuo et uero in uitam eternam. Esca anime est preceptum domini et custodi- De esca anime. e
re. potus autem eius oracio pura. balneum autem eius est elemosina recta.
hostia eius laudatio die ac nocte. quia nichil deus magis requirit
ab omni homine quam si laudetur nomen eius. Vbique colligenda est nobis anima
nostra. ut sit leta. salua. sine ruga. et sine querela apud deum. Anima a
de celestibus uenit. ideo de celestibus pascitur fructibus. ideo desideranda
est nobis iusticia. ut in fame et siti potius desideretur. quia sicut non potest corpus
uiuere sine cibo. ita inpossibile anime uiuere sine precio domini et sacrificio.
ideo reficienda est nobis anima nostra bonis operibus. Refectio uero est anime. ca-
ritas. humilitas. pietas. humanitas. bonitas. largitas. sinceritas. so-
brietas. simplicitas. equitas. taciturnitas. uigilia. misericordia iusticia. pa-
ciencia. obediencia. Hec omnia sunt cibaria spiritalia et salu-
bria. quibus reficitur anima et saciatur in secula seculorum amen.
Anima hominis cum exierit de corpore speciem magis splendet quam sol. a
et sancti angeli deducunt eam ad paradisum. et quando ducitur.
dicit anima. Magna est hec leticia. Et respondunt angeli. Maior tibi
erit apud deum. Et item anima dicit. Magna est magestas in qua sumus.
et dicunt angeli. maior tibi erit apud deum. Et dicit anima tercio. Mag-
num est lumen. Et dicunt angeli. Maius tibi erit apud deum. Et